Libellus de materie medica et remediorum formulis : quae serviunt Aphorismis de cognoscendis et curandis morbis / [Herman Boerhaave].

Contributors

Boerhaave, Herman, 1668-1738

Publication/Creation

Leyden: I. Severinus, 1740.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/cphv2x3z


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org








14283/A.

Excelsion Miedenstyg: quelque phenomene qui se présente à vous, il est de toute nécessité que la cause en soit dans la nature; quelque étronge qu'il vous paraisse, il ne peut être hors de la nature. Dr. A. Chereau,



H. BOERHAAVE DE MAŢERIA MEDICAJ

E BOERHAAVE MATERIA MEDICA.

HERM. BOERHAAVE

A 2530

DE

MATERIE MEDICA

REMEDIORUM FORMULIS QUÆSERVIUNT

APHORISMIS

DE

COGNOSCENDIS ET CURAN-DIS MORBIS.

Editio quinta, auctior, accuratissima



LUGDINI BATAVORUM,
Apud J. Severinum 1740.

THERM BOERINGS

ANDERSON OF THE RESIDENCE OF THE PROBLEM TO THE PR

Chus rinna

VEHOUISHIS

BE

COGNOSCENDIS ET CORAN-



LUGDINI BATATORUM,





PRÆFATIO.
tiæ patebant. Sed dolui,
Gentem solertissimam, licèt
subnixa esset tam utilibus adminiculis ejus subtilitas, parùm boni, mali plurimum,
Medicæ attulisse disciplinæ!

Nequè perfunctoriè deindè excussi Recentiorum
placita, pulcherrima profectò commendata specie, sive Physices excultæ fructus,
sive spectaveris artium liberalium Medicinæ promovendæ adhibitarum esfectus.
Gaudebat utiquè his intentus animus! Intereà tamen
licentia singendi, assumen-

*4

di

PRÆFATIO. di audacia, festina nimis, & ambitiosa ad consummandam Medicinam properatione, Primorum verò Auctorum contemptu, neglectu, vel ignoratione, ipsâ quidem scientia medica damni plus, quàm emolumenti, omni hoc molimine accepisse videbatur : materiem certè, undè instrui feliciùs queat illa, liberalissimè aggestam à nostris ut gratamur arti, ità deploramus ejus fata, quod tumultuaria opum collectione obruta verius, quam adjuta, siet.

PRÆFATIO.

Instituto itaque hoc rerum examine, quid, quæso, rationi consentaneum magis, quàm ut conjicerentur in adversaria, quæcumque in omnibus hisce adeò fana, ut peritus nemo de fide horum ambigat? Hac itaque perfuncto opera priùs dein conandum fuit, ut ex sparsis his conficeretur corpusculum quoddam, ad leges disciplinæ concinnatum: in quod & ipse intueri possem sedulò, quoties in artis exercitatione versarer, simulque eo referre, si quid

PRÆFATIO. novi fortè aut insoliti appareret; postremò ut hac agendi ratione veri quid & digesti animo impressum

meo vestros in usus sideliter

effundere liceret.

His demum causis natum vidistis Libellum, quo aufus fui scripta aggravare Medica, de cognoscendis & curandis Morbis. Cujus profectò toties me puduit, quoties defectus ejus mihi nimis notos ipfi putare aggredior, Veterumve componere operibus. Hoc scilicet me metiens pede impar depre-

PRÆFATIO.

ctoris boni titulum ambire sustineam. Neque tamen abesse poteram ab audacia evulgandi hosce Aphorismos, nisi deesse voluissem muneri, quod mihi dederat publica Auctoritas, cui obsequia debeo.

Opus igitur agressus quum cogitarem semper, sola ut esset cura mederi, atque cavere quam religiosissime, ne quid irreperet, quod periculoso semper hac in arte errori causam præberet, necessarium duxi in

PRÆFATIO.
toto opusculo nullum commemorare Medicamentum.

Nec injuria: namque id imprimis arbitrabar nocere, dùm, audito remedii nomine & morbi, exercendæ se pares arti jactant Empirici, impunè in hominum perniciem grassantes, donec sero solo tandem cadaverum experimento sapiunt.

Quum interim Discipulis deberem exempla, præscripseram ideò in privatos horum usus pauca de Materie Medica, hujusque ordinandæ legibus, tantúm ut serPRÆFATIO. fervirent Iis, qui intento me animo audiverant disserentem in Scholis domesticis de occasione, quâ sola utilia evaderent.

Estis verò idonei Vos Testes, quanta circumspectione utar, quam sæpè tœdiosè ferè ad fastidium usque minutiarum consideratione odiosus sim, priusquam Vobis titulo Medicamenti vel minimum quid laudare ausim: pulchrè gnarus, nihil dari, quod ubique bonum; contrà verò id, quod hâc rerum facie salutare fuerat,

PRÆEATIO.

rat, mutatâ conditione perniciosum sæpè deprehendi.

Nefas itaque putavi Medicaminum nomine hæc ipsa evulgare, sed cum admonitione severa modo describenda dare His, Qui, operam mihi sedulò dederant pro tenuitate mea idoneas cautelas inculcare conanti. Sed, quod doleo, longè aliter evenit: me quippè nec consulto, nec volente, in usus publicos extundenda curavit hæc Londini Vir eruditus, altè nimis de vili hoc opusculo, ejus-

, 181

PRÆFACIO.

cjusque Auctore, sentiens & scribens; neque tamen ita res gesta, quin errores simul benè multi, & noxii, in edendo contigerint.

Coactus ita recensui, correxi, amplificavi, nonnulla: unde describendi labore levati iis utamini. Audacter interim & moneo fideliter, morbi historiam sideliter edocti, scrutati Materiæ Medicæ noxios æquè ac effectus salubres, ita demum auxilii utilis bonitatem affectetis assequi: cæteris nocebit magis quam prode-ERS

rit,

PRÆFATIO. rit, quidquid hoc opellæ est. Cui, ut emaculatiùs prodiret, curam impendit, Vestrosque in usus indicem adscripsit Eruditissimus Vir, SAMUEL DU RY, Medicinæ Doctor, atque Excultor, laudatissimus. Valete! Scripsi Lugd. Batav. 17-19.

this draws prode-

6. 5/3

IN CURATIONE MOR-BORUM FIBRÆ DE-BILIS ET LAXÆ.

SECT. 28. No. 1.

Ateries, in qua elementa, apta constituenda sibra forti, continentur,

Lac Fæminæ sanæ, ætate integra, motu salubri exercitatæ, victu laudabili utentis; si suctu hauritur, aut calidum bibitur ilicò, non mutatum igne. Hoc reliqua superat, si, post coctionem in nutrice peractam, potatur. Proximum est Asininum. Dein Caprinum, ac Bubullum. Usus desinitur iisdem legibus.

Ovi recentis albumen adhuc tepens, dilutum in lactis & aquæ æquâ portione, sine ullo igne adhibito. Jura carnium optima huic proposito, quæ parantur ex carneà pinguitudine accurate repurgata, animalis sani, junioris, exercitati, contusa, minutim scissa, in machina Papiniana elixa, frigesacta dein in hâc ipsa machina, iterum ab omni supernatante pingui & fæcibus depurata.

A

2 IN FIBRA DEBILI ET LAXA.

Si olla hæc deficit, ahenum substitui quidem potest, sed subtilius exhalando perit: unde patet causa serociae animalium, quæ ex raptu aliorum, quæ viva devorant, aluntur.

Ex Gallinaceo genere paratum præfertur cæteris, Vitulinum dein, postea Ovillum, Bubulum denique, probantur : quæ ex permistis fiunt, meraciora habentur reliquis.

Decoctum Panis.

Be. Panis tritici cum furfuribus rite fermentati, bis cocti, unc. viij.

Aq.putealis purissim. Ibiij.

Coque in vase figulino clauso per spatium 1. horæ, addendo semper, quantum coctione exhalat, aquæ, dein cola per setaceum.

Gelatina Panis fit,

Si Decoctum præcedens exhalat ad ignem, donec ejus pauxillum in lapide frigido fusum coëat.

Cremor Panis erit,

Si frigefactum decoctum spissitudinem cremoris induit.

IN FIBRA DEBILI & LAXA. Si hujus Gelatinæ pauxillum lacti, jusculo, vino, cerevisiæ, aut aquæ miscetur, fiunt varia levis nutrimenti genera. Si sumitur Decocti descripti toj.

Succi Citrei. unc. B. Ag still. Cinnam. drach. ij.

Vini Rhenani. unc. iv.

Sacchari q. f. ad gratum faporem, habetur decoctum panis gratislimum, saluberrimum. Cujus dosis unc.j. omni bora calide sumenda.

Rursum, si eidem vitelli ovorum misceantur, fit aliud, fed viribus idem, edulii genus. Cujus parcior, caterum idem, usus.

Vina Florentina austera, item Gallica rubra acerba, ut & Græca nigrescentia adstringenti sapore prædita, commendantur: quia & uberrima spirituum copia, & roborante fibras virtute, præstant.

SECT. 28. N. 4.

Acido-austera Vegetabilia.

Acaciæ fructus, fuccus, flos, cortex.dof. fucci inspissati a gran. iv. ad drach. j.

Acaciæ germanicæ, seu Pruni sylvestris, succus inspissatus. gran. VI. ad drach. 18.

Acetofæ species, succus.

Anferina.

Belliricæ drach. I.ad IV.

Bec

IN FIBRA DEBILI ET LAXA. Berberis fructus, fuccus. Biftortæ radix. Capparis fructus, cortex, radix. Corni fructus immaturi, folia. Cupressi fructus, folia. Cynosbatos flores, fructus, spongia. Cydonia mala, & pyra, & horum mivæ. Filicis radix. Fragaria. Fraxini cortex. Granatorum flos, poma, cortex. Hypericum totum. Hypocistidis succus inspissatus. drach. i. ad v. Lapathi folia, flos, semen, radix. Mespilorum fructus immaturi. Myrobalani omnes.gran.v.ad drack.ij. Myrti folia. Nymphææ maj. folia, flores. Omphacium. Pimpinella. Portulaca. Pruna sylvestria. Pyra austera. Quercus folia, glandes. Quinquefolium. Rhabarbarum. drach. B. ad drach. if. Rhus obsoniorum folia, grana. Rofarum flores. Sanguisorba. Sedum majus.

Sorbi fructus.

Tamarindorum fructus. unc. j. ad unc. ij. pulpa ritė pressa, & purgata. unc. s. ad unc. ij.

Tamarilci cortex.

Terra falso dicta Catechu.

Tormentillæ radix.

Ex quibus infusa, decocta, extracta, pilulæ, vina medicata, formæ variæ, facile parantur. v.gr.

Infusum adstringens.

Be. Anserinæ.m.j.

Pimpinellæ.m.ß.

Tormentillæ rad. unc.ß.

Conscissa infundantur cum st. j. s. aquæfervidæ spatio 1. horæ.

Dosis unc. j. omni triborio interdiu.

Decoctum simile.

Flor. Rosar. rubr. unc.iv.
Cort. I amarisci. unc.ij.
Rad. Acetosæ. unc.iv.
Sem. contusorum Lapathi. drach.ij.

Coque cum aqua ferrata spatio 4 horæ tbij.

exhibe.

Capiat unc. j. ter, quater, in die.

Vel.

Re. Acetofa.m.ij.

Rad. Bistorta. unc. s.

Flor. Granator. drach.ij.

Cum aq. decoct. spatio 4 horæ. Ib 1.admisce.

Syrup myrtini.unc.j. Usus idem.

Conditum simile.

R. Mivæ Cydoneorum unc.j.

Conserv. Rosar. rubr. unc.s.

Flor. Granat. drach.j.

Syrup. Myrtini q.s.

F. Conditum.
Dos. drach. j. ter, vel quater, de die.

Extractum simile.

Re. Acetosæ.m.viij.

Lapathi hortensis.m.iv.

Quinquefolii.m.vij.

Minutim scissa, bene pura, in aquæ q.s cocta, sortiter pressa per prælum, in vase amplo exhalent in spissitatem extracti. a gran.x.ad drach.ij. vel adde huic extracto.

Radic. Bistortæ siccæ q. s. ad massam idoneam formandis pilulis.

Dof.gran.iv.ad xv.

Vinum medicatum.

* Sem. contus. Acetos a major. drach. vj. Flor. Granator. drach. v. Rad. Cappar. unc. ij. Cortic. Fraxini. drach. x. Fol Pimpinella. m. ij.

Conscissa & contusa infunde ad vini Rubr. Gravish dicti, vel Pontacq, thij. Capiat unc. j. ter, quater, in die.

Tamarisc. ana unc. j.
Flor. Hyperici cum stipit. unc. ij.

F.S. A. vinum medicatum cum vini austeri rubri fbiij.

Acido-austera Fossilia.

Acida in terrenis absorpta, quæ eo potentiora, quò ponderosius acidum plus terræ absorbuit.

Martis in vino Rhenano soluti. drach. j. ad drach. iv.

Vitriolum album, nativum.gr. 1. ad iv.

Alumin. Romani. gr. 1. ad vi. Ex his infinitæ fiunt formulæ.

A 4

Pulvis.

Be. Alumin. gr. X. Rhei gr. v. Cort. Granat. gr. iij. M.F.P. pro una dosi.

Pilule.

Be. Vitriol. Martis calcinati ad albed.drach.fs. Gallar. Quercin.gr.x. Rad. Tormentilla. drach. j. Succi Hypocistidos q. s. ut fiant Pil. fingulæ gr.ij. Capiat Æger unam ter, quater, de die.

IN MORBIS FIBRÆ RIGIDÆ ET ELASTICÆ.

SECT. 35. N. I.

a Decocta Panis dilutiora. vid. 28. N. I. & Succi maturorum fructuum horæorum crudi, vel cum aqua diluente parum cocti, & faccharo mitificati. Aurant, malorum fuccus. Baccarum fambuci fuccus. Ceraforum dulcium omnia genera. Citria poma benè matura, dulcia.

9

Cucumeres mites. Cucurbitæ mites.

Ficus.

Fraga.

Granata Poma matura.

Jujubæ.

Limonia dulcia.

Mala Armeniaca.

Melones.

Mora.

Perfica mala.

Poma acido dulcia.

Pruna dulcia.

Ribefia rubra, alba, nigra.

Rubi Idæi fructus.

Ex quibus coctione, assatione, &c.multa Edulia præparari possunt.e.g.

Decoctum Diæteticum.

Re. Pomorum maturorum decorticat. unc. x. Cum aquâ decoct. spatio unius horæ, contere & per setaceum cola, tunc hujus unc. xxiv. adde.

Nucis myristica contrita. drach.j. Panis biscocti contriti, unc.j. Vini Rhenani. unc. ij.

Sacchari.q.f.

Olera Mollissima, & Farinosa mollia.

Olera, vel bis similia.

Atriplex. Battatas.

IN FIBRA RIGIDA &C. TO Beta Borrago. Braffica rubra. Bulbocastana. Chærophyllum. Cichorea omnia. Cinara. Cucumeres. Dens Leonis. Endiviæ. Lactucæ omnes fere. Pastinacæ. Portulacæ. Rapa. Sifari radix. Scorzoneræ radix. Spinachia. Tragoponi radix.

Farinosa.

Amygdalæ dulces.
Avena.
Fagopyrum vel
Frumentum faracenicum.
Hordeum.
Mays.
Milium.
Oryza.
Panicum.
Pistachia.

Valeriana pratensis.

Triticum.

Secale.

Ex his fiunt Decoct. Cremor. Puls. ut de

Pane. 28. N. 1.

Ex iisdem fiunt crudis emulsa.

Emulsio emolliens.

Be. Avenæ excorticat.unc.iij.

Amygdal.dulc.unc.j.

Cum aq. decoct. Hord. F. Emulsio, cujus

Syrup. Violar. unc. ß.
Aq. stillat. Cinnamom. drach. iv.

Capiat unc. j.omni bora diei.

Simile Decoctum laxans & Emol-

Re. Fol. recent. Borragin.

Lactucæ.

Valerianella arvensis.ana.

m.j.ß.

Rad. recent. contusar. Scorzonera. unc.iv. Sem. contus. Hordei. unc. ij.

Cum aq. decoct. spatio 4 horæ tbiv. admisce.

Syrup. Althaa.

Violar. ana unc. j.

Bibat unc. ij. omni bora.

SECT.

SECT. 35. N. 3.

Aquosa, subfarinosa, suboleosa, mollia, emollientia.

Abutilon.

Alceæ rad fol flor fem.

Alchimilla.

Alfine.

Althææ flor.fol.rad.

Bellis.

Bonus Henricus.

Branca urfina.

Confolida major.

minor. media.

Cynoglossa.
Hyoscyami fol.
Liliorum albor. bulbi.
Linaria.

Linum.

Lotus hæmorrhoïdalis, & Lotus odora.

Malvæ, Bismalvæ fol. flor. rad.

Melilot. flor. fol. Mercurialis. Parietaria.

Populi folia, gemma.

Prunella.

Pulmonaria.

Sambuci.fol.flor.

Scabiofa.

Sigillum Salom.

Solanum.

Telephium.

Trifolium bituminofum.

Verbascum.

Violaria.

Vulneraria rustica.

C. Butyrum recens. Cremor lactis.

Pinguedo volucrum. Anat. Anser. Capon.

Medulla Bovis

Olea lenia ex farinosis blandis:

Ol. Amygdal. amarar.

dulc.

Lini.

Mucaginum.

Olivar.

Palmæ.

Papaveris albi.

Solani.

Trifolii odorati.

Violarum.

Syrupi similes.

Syrupus Althææ Fernelii. Borraginis. Syrupus capillorum Veneris.

Jujubinus.

Papaveris albi.

Symphyti Fernelii. Violaceus simplex.

Mel Mercurialis.

Unguenta talia.

Unguentum Althææ compositum.
Aureum.
Basilicon.
Populeum.

Ex his Balnea, Vapores, Fotus, Litus, Decocta, Potus, Clysmata. &c. fiunt. Cynoglossa verò & Hyoscyamus tantum externo profunt usu.

CONTRA MORBOS VISCE-RUM FORTIUM ET RIGIDORUM.

SECT. 54. N. 2.

Copia minuitur misso sanguine.

Densitas minuitur 1. per aquam tepidam
& serum lactis; 2. per minuentia copiam;

3. per minuentia pressionem.

Pressio minuitur, 1. minuta copia. 2. minuta densitate. 3. minuto motu.

SECT.

SECT. 54. N. 3.

Quies corporis & animi huc spectat.

SECT. 54. N. 4.

Humectantia sunt, quæ multa aqua cum saponaceo vel farinoso admisto constant. e. g.

« Aq. decocta cum farinosis. 35. N. 1.

» — emollientibus. 35. N. 1.

N. 1. fructibus horæis. 35.

oleribus 35. N. 1.
carne recent. infulfa.

vel cum offibus & cornubus.

¿ Aq. decocta cum piscibus fluviatilibus, vel marinis cancris, ostreis, astacis, viperis, &c.

Jus carnium bumectans, leniens, emolliens, resolvens.

Be. Carnis vitulinæ macilentæ benè contusæ.

15 ij.

Hordei mundati. unc. ij.

Cum thviij. aquæ decoctis, spatio iij. horarum, vase ritè clauso, sub sinem adde Lactucæ recentissimæ sativæ to s. Agninæ dictæ. unc. iv. 16 IN MORBIS VISCERUM FORTIUM.

Radic. Scorzonera. unc. vj.

Tum ebulliant rursum spatio 1/4 horæ, ad-

dendo semper tantum aquæ, ut à coctione supersint juris thvj.

Jus Cancrorum fluviatilium, ad bumectandum, leniendum, emolliendum.

R. Cancror. fluviatil. vivor. tbiij.

Coque spatio horæ, cum aq. tbxij., tum
exemptos contunde unâ cum testis, atque
coque in priori jure proprio adhuc per horas iv. addendo semper tantum aquæ, ut à
coctione tbviij. circiter supersint, tum jus
fortiter exprime, atque ei insunde

Flor. Borragin. unc. is.

Buglossi. unc. i.

Radic. Tragopogon. unc. iiij.

Sisari unc. ij.

Dein ebulliant simul spatio i horæ.

Sumatur de utrovis horum ad unc. ij B. omni bihorio.

Decoctum Humectans.

B. Sem. Papaveris alb. contus. unc. j.

Avenæ integræ. drach. iv.

Cicer. rub. contusor. drach. xij.

Flor. Borragin.

Althææ ana drach. vij.

Rad.

IN Morbis Viscerum fortium. 17
Rad. Scorzoneræ unc. ij.
Glycyrrbizæ drach. ij.
Fol. Malvæ,
Parietariæ ana m ß.

cum Aq. decoct. spatio 4 horæ; pint.ij. ad-

misce.

Rob. Ribesiorum,
Sambuci. ana unc. j.
Capiat unc. ij. omni bora diei.

Lenientia

Sunt, quæ duritiem, i.e. rigiditatem tollunt. vid. §. 35.

Emollientia

Ferè eadem ac lenientia.

Diluentia

Sunt hæc quidem primaria.

I. Aq. pura ad teporem sani corporis calida, balneo, fotu, vapore, clysmate, potu, applicata.

2. Serum lactis recens similiter usurpa-

tum.

Resolventia

Sunt, quæ id, quod prius fluidum, dein concretum, fuerat, iterùm in fluidum reducunt.

B

18 IN MORBIS VISCERUM FORTIUM.

1. Diluentia.

2. Salina ex sale marino, gemmæ, nitro, ammoniaco, borace, alcalicis volatilibus vel sixis. Acida ritè fermentata &c. composita ex his, Sal Polychrestus, Tartarus tartarisatus, Tartapurgans Sennerti, Panacea duplicata Ducis Holsatiæ, Nitrum stibiatum, Sal viperarum saturatus Tachenii, &c.

3. Saponacea, sales volatiles spirituosi,

aromatici, oleosi.

4. Sapo Chemicorum ex ol. destillat. & alcali fixo. Domesticus ex ol. expresso & alcali fixo.

5. Mellita.

6. Succi horæi maturi, & Aloëtica.

7. Remedia mechanica, frictiones, &c. Hæc iterum tot diversis modis applicari possunt v.g.

Forma Misturæ, quæ resolvit.

Be. Aq. Stillatæ Rutæ unc. xij.
Borac. Venet. drach. ij.
Sal. volat. oleof. drach. iij.
Mellis puriff. unc. iij.

Capiat unc. j. omni hora diei.

In Guttis.

Sal. vol. oleo s.

Sal. purgant. Sennerti ana unc. s.

Capiat gut. xxv. quater de die, ex vino.

Pilulæ resolventes, saponaceæ.

Be. Sapon. Venet.

Boracis,

Aloès puræ ana drach. ij.

M. F. Pil. fingulæ gr. iij.

Capiat unam quater de die.

Decoctum simile.

Rad. recentis Saponaria m. iij.

Becabunga m. ij.

Fumaria m. j.

Rad. recent. graminis,

Cichorei ana unc. ij.

cum aq. decoct. vase clauso spatio i horæ,

per pannum expressi, per quietem depurati, decocti pint. iij. admisce.

Rob. Sambuci; Oxymel. simplicis and unc. ij. Capiat ij. unc. omni bora calidas.

B 2

In Pulvere.

Be. Spermat. Ceti,
Boracis ana drach. ij.
M.F. Pulv. divid. in dos. viij.
Capiat j. omni biborio ex pauxillo Vini.

Abstergentia.

Sunt, quæ glutinosa sluida, vel semi corrupta solida, depellunt a locis, quibus sua tenacitate adhæserunt, suntque

1. Diluentia.

2. Resolventia.

3. Maxime saponacea, lixiviosa, fixa, mellita cum aceto.

AD MORBOS EX ACIDO SPONTANEO.

SECT. 66. N. I.

Jura ex avibus, piscibus, & quadrupe. dibus. Ipsæ horum carnes imprimis assæ Gelatinæ ex jure inspissato. Vinum cum sa le pauco alcalino.

AD MORBOS EX ACIDO SPONTANEO. 21

Re. Sal. Absinthii drach. ij.

Vini gallici albi unc. xxiv.

M.

Bibatur unc. j. omni triborio.

Vegetabilia antacida.

Abfinthium.
Alliaria.
Allia.
Anethum.
Anthora.
Angelica.
Anifum.
Apium Celeri.
Ariftolochia longa.
rotunda.

Armoracia.
Arum.
Afclepias.
Afparagus.
Afphodelus albus.
Bafilicum.
Braffica.
Calamus aromat.
Calamentha.
Card.bened.
Carduus Mariæ.
Caryophyllata.
Caryophylli aromatici.

B 3

22 AD MORBOS EX ACIDO SPONTAN.

Cochlearia.

Cepæ. Centaur. min.

Dauci.

Eruca.

Eryngium.

Erylimum.

Eupatorium.

Galanga maior.

minor.

Helenium.

Lepidium.

Majorana.

Marrubium.

Matricaria.

Mezereon.

Napus.

Nasturtium.

Nepeta.

Origanum.

Piper.

Porrum.

Pyrethrum.

Raphani.

Ruta.

Saponaria.

Satyrion.

Serpillum.

Sabina.

Satureia.

Sedum acre vermic.

Sinapi.

AD Morbos ex ACIDO SPONTAN. 23
Squilla.
Thymus.
Thlaspi.
Victorialis.
Urtica.
Zedoaria.
Zingiber.

SECT. 66. N. 3.

Tales sunt aves & aviculæ, quæ pascuntur insectis, imprimis & pisciculis, ut Anas, Anser, Passer, Fringilla, Alauda, Turdus, Perdix rostrata, Larus, Coturnix. Harum omnium ova.

SECT. 66. N. 2.

Roborantia.

Sunt, quæ fibris, vasis, membranis, visceribus, vim elasticam addunt: 28. N. 1.4. Item spirituosa fermentata, cerevisia generosa, vina, hydromel, sp. vini.

SECT. 66. N. 5.

Absorbentia Acidi;

Quibus immersa acida vim acrem amittunt ita, ut nec ut acida, nec ut acria, agere porrò queant: dum interea nullam ipsa acrimoniam habent, quâ corpori noceant; inde aliis sæpè præserri solent. Uno hoc damnosa, si, inerti pituitæ mista, mole nocent & pondere.

Sunt ossa sicca Piscium; mandibulæ Lucii &c.

Lapis, Chelys, Testa Cancrorum, Asta-

Ostreodermata, Conchæ Mytulorum, &c. Corallia; Perlæ; Mater Perlarum, &c. Creta; Bolus, Osteocolla; Marga. Lapis hæmatitis. gran. xv. Limatura stanni gr. viij. Limatura ferri gr. xij.

Diluentia Acidi.

Aqua & aquosa.54. N.4.

Obtundentia Acidi;

Quæ molli suo lentore inviscant acria acida ita, ut acies eorum hebetata amittat noxiam; dum simul desendunt membranas, ne offendantur à spiculis acidis; itaque & effecta horum jam impressa tollunt. Solum obsunt quandoque iis, quibus laxa nimis corporis compages ultrà labesactaretur.

I. Oleofa.

Amygdalæ dulces & amaræ.

Pistachiæ.

Nuces avellanæ, Juglandes, Cocos

Sem. Papaver. alb.

Ol. expressa ex his, tum Olivarum, &c. 2. Gelatinosa, ex jusculis inspissatis carnium & piscium.

3. Aromata oleofa, leniora, ratione olei. vid.

§.66. N. 1.

Tum præparata ex his infinita.

Immutantia acidi;

Quæ cum acidis mista statim cum hisce effervescunt, itaquè motum scient, stimulant, agitantque, sibras; posteà verò ipsis cum acidis unita constituunt novam salis speciem, in qua vis stimulans, diaphoretica, diuretica, resolvens, adhuc superest. Malè cedunt tantum his, quibus nimius motus adest infestus.

B 5

26 AD MORBOS EX ACIDO SPONTAN.
Sales alcalini fixi, ex quocumque combu-

sto vegetante parati.gr. vj.

lium, stirpium putrefactarum, aut plantarum antacidarum recentium, parati.vid. §. 66. N. 1. gr. x.

Saponacei fixi, Sapo venetus &c. drach. j.

volatiles. drach. B.

Qui triplices imprimis.

1. Spiritus volatiles, oleofi salini sangui-

nis, urinæ, cornu cervi, serici. &c.

2. Ossa Helmontiana ex alcohole vini purissimo & sp. salis Ammoniaci fortissimo missis, & destillando unitis.

3. Sales volatiles alcalini fortissimi cum oleis aromatum sæpe sublimati, atque ita

uniti.e.g.

Re. Sal. C. C. purissimi, sicci, unc. j.
Olei stillatit. Cortic. Citrei drach. j.
Sublima aliquoties ex phiala.
Tum præparata ex hisce.

CONTRA MORBOS A GLU-TINOSO SPONTANEO.

SECT. 75. N. I.

Aromata quibus cibi potusque condiri commodè possunt, sunt primaria; Cinnamomum.

IN MORBIS A GLUTINOSO SPONT. 27
Macis.

Nux myristica.

Cort. Aurantiorum.

Thymus.

Origanum.

Caryophyl. arom.

Zinziber.

Piper.

Galanga min.

Cortex Citri.

Anifum.

Coriandrum.

Serpillum.

Cardamomum.

Hæc pani, vino, cerevisiæ, fermentandis mista prosunt.

SECT. 75. N. 2.

Vid. 66. N. 1.2.

SECT. 75. N. 3.

Vid. 28. & 47.

SECT. 75. N. 5.

Diluentia, resolventia, vid. 54. N. 4.

Stimulantia.

Quæ mole, densitate, figura, mobilitate, fibrillis vasculorum impacta, vim contractilem augent. Primaria sunt,

I. Acida Salina.

Nativa.

Succi Citri.

Aurantii. Uvarum. Horæi acidi.

Sales ex fuccis vegetantibus pressis folâ parati morâ.

Fermentata

Vinum Rhenanum.

Mofellanum.

Acetum Vini.

Cerevisiæ.

Sp. Aceti.
Tartarus.
Crem. Tart.
Lac acefcens.
Serum lactis acidum.

Igne producta.

Sp. falis Marini.

Gemmæ.

Nitri.

Vitrioli.

Sulphuris per Campanam.

2. Alcalina Salina.

Fixa.

Omnia ex cineribus Plantarum, ut;

Sal. Absinthii.
Card. bened.
Tartari.
Cineres Clavell. gr. vj.

Volatilia.

Omnia ex destillatis vel putrefactis animalibus, ut,

Sal. & fp. CC.

humani fanguinis. Offium. Sal. Ammoniaci.

3. Salina composita.

Sal. marin. Gemmæ.

Ammoniac. Nat.

Artificial.

Nitri.

Borax.

Tart. tartarifatus.

- regeneratus.

4. Olea acria Aromatica vel ambusta.

Olea stillatit. Absinthii.

Cortic. Citrei.

- Aurantiorum.

Cassia ligneæ.

Chamæmeli.

Cinnamomi.

Caryophyll. arom.

Hyffopi.

Ligni Guajac.

Juniperi. Saffafras.

Macis.

Majoranæ.

Menthæ.

Nucis Myristicæ.

Origani Cretic.

Pulegii.

IN MORBIS A GLUTINOSO SPONT. 31 Olea stillatit. Rhodii ligni.

Rorifmarini, Rutæ, Sabinæ, Salviæ, Spicæ, Sem. Anifi, Anethi, Cari, Fæniculi.

Succini, Tanaceti, Terebinth.

Olea pressa.

Amygdalarum amararum. Laurinum. Macis. Nucis myristicæ.

Olea nativa.

Balfamus Hieruchuntanus.

Tolutanus.

Palmæ.

Peru.

Copaibæ.

Meccæ.

Terebinth.

Olea ambusta acria per retortam destillata.

Ol. ambust. Sanguinis.

Offium.

Cornuum.

Ovorum.

Urinæ.

Lignorum.

De Lateribus, &c.

5. Spiritus inflammabiles fermentati.

Farinæ & fuccorum horæorum.

6. Plantæ acres aromat. dictæ, quæ sale.

N. 2. oleoque N. 4. abundant.

FOLIA Abrotani. Ablinthii. Agerati. Anethi. Anisi. Aristolochiæ. Betonicæ. Calaminthæ. Cardiacæ. Chamædryos. Chamæpityos. Chelidon. maj. Cochleariæ. Dictamni. Hepaticæ nobilis. Erysimi. Eupator.cannab. Fæniculi. Hederæ terrest. - arbor. Hyslopi. Lauri.

FOLIA Levistici.

Majoranæ.

Marrubii.

Matricariæ.

Meliffæ.

Menthæ.

Nasturtii.

Nepetæ.

Nicotianæ.

Origani.

Piperitidis.

Perficariæ acris.

Porri.

Pulegii.

Rorifmarin.

Rutæ.

Sabinæ.

Salviæ.

Satureiæ.

Scordii.

Serpilli.

Soldanellæ.

Thymi.

Tanaceti.

Thlaspi.

Veronicæ.

Urticæ.

Stimulantia Aromat.

Flores berbaram, quarum folia moss recensita sunt, imprimis,

FLORES Agerati.

Aurantior.

Calthæ.

Caryophl. hortensis.

Centaur. minor.

Chamæmeli.

Citri.

Croci.

Eupatorii.

Lilior. convall.

Lupili.

Meliloti.

Mari Syriaci.

Salviæ.

Scabiosæ.

Schoenanthi.

Spicæ.

Steechad. Arab.

Tanaceti.

Tiliæ.

Stimulantes Aromatica Radices.

RADICES Acori.

336

RADICES Angelicæ.

Anthoræ.

Aristoloch.

Armoratiæ.

Carlinæ.

Caryoph. Mont.

Ceparum.

Chelidon maj.

Contrayervæ.

Costi hortens.

- Oriental.

Curcumæ.

Cyclaminis.

Cyperi.

Doronici.

Fraxinellæ.

Fumariæ bulb.

Galangæ.

Gentianæ.

Helenii.

Imperator.

Iridis.

Levistici.

Mei.

Ninzing.

Ononidis.

Petafitidis.

Petrofelini.

Peucedani.

Pæoniæ.

Porri.

RADICES Ptarmicæ.
Pyrethri.
Raphani.
Rubiæ.
Rufci.
Satyrionis.
Scrophular.
Sefeli.
Squillæ.
Valerianæ.
Victorialis.
Vincetoxici.
Zedoariæ.

Stimulantia Aromatica Semina.

Zingiberis.

Semina Anacardii.
Anethi.
Anifi.
Apii.
Aquilegiæ.
Bardanæ.
Cardamomi.
Cari.
Celeri.
Chermes.
Coriandri.
Cubebæ.
Duaci.
Erucæ.

-12

SEMINA Eryfimi.

Fænigræci.
Juniperi.
Lauri.
Levistici.
Napi.
Nasturtii.
Nigellæ.
Pastinacæ.
Petroselini.
Porri.
Raphani.
Santonici.
Seselios.
Sinapi.

Thlaspi.
Nux myristica.
Nuclei Persicorum.

Stimulantes Cortices.

Cortices Guaiaci.
Sassafras.
Juniperi.
Aurantiorum.
Citreorum.
Limoniorum.
Cinnamomi.

Stimulantes Aromat. Succi.

Aloë. Ambra grifea. liquida. Assa foetida. Ammoniac. Gum. Anima. Bdellium Benzoin. Elemi. Galbanum. Juniperi. Lacca. Labdanum. Mastiche. Myrrha. Sagapen. Styrax. Tacamahaca. Thus.

7. Insecta, Aselli, Formica, vermes majales, Cantharides.

Partes Animalium.

Castoreum, Zibethum, Moschus, U-rina, Stercora avium parum bibentium.

8. Sti-

8. Stimulantia Composita.

Sunt decocta, Extracta, Conservæ, Condita, Tincturæ, Spiritus, Aquæ, Sales volatiles, oleosi, spirituosi, Pilulæ, Pulveres.

Decoctum contra glutinosa stimulans.

Chamædryos,

Rutæ ana m. j.

Flor. Calthæ, Eupator. ana unc. ß-

Rad. Angelic.
Imperator. ana drach. vj.

Sem. Celeri,
Raphan. hortens. ana drach. iv.

Cort. Saffafras unc. j. Magellanic. drach. ij.

Cum aq. infundantur ferè fervida spatio ij. horar. dein decoct. vase clauso, spatio - ho-

capiat. unc. j. omni bora calide.

Extractum contra Glutinosa stimulans & attenuans.

Re. Fol. recent. Absinthii,
Eupator. Cannab.
Marrub. albi,
Tanacet. ana q. s.

Conscissis minutum, contritis dein, per prælum succum exprime; hunc leni igne depura per secessum sæcis, dein exhala ad spissitudinem mellis crassi, cui adde.

Salis Absinthii Tacheniani -1

Dof. drach. B. bis de die, vacuo stomacho, ex Vin. Gall.

Similia Extracta fiunt ex Decoctis inspissatis, & per prælum pressis.

Conserva stimulans contra glutinosa.

Re. Summitat. recent. Ruta,

Tanacet. ana unc. j.

Flor. recent. Mari Syriac. Rorifmar.

Lavand, ana drach, IV.

Rad. recent. Helenii,

Vincetox. ana unc. j.

Semin. Raphan.

Nasturtii ana drach. IV.

Contufis admifce S. A.

Sacchar, alb. unc. IV.

Capiat drach. j. quater de die, vacuo stomacho, ex Vino Gallico albo, vel Hispanico, Malvatico, Canariensi &c.

Conditum, calidum, stomachicum, stimulans.

Re. Zingiber. condit.

Rad. Helen. condit.

Cortic. Magell. and unc. j.

Syrup. menth. q. s.

Ut F. Conditum. Capiat drach. B. sexies de die.

Tinctura stimulans, calefaciens.

Bc. Rad. Gentian.

Anthoræ ana unc. j.

Flor. Centaur. min. unc. j.

Croci drach. j.

Bacc. Lauri, Juniperi,

Sem. Eruca,

Sinapi ana unc. j. ß.

Cum sp. vini in phiala alta vitrea decoct. spatio xij. horar. Hiij. serva.

Doss drach. ij. ter de die, vacuo stomacho. ex unc. ij. Hydromell.

Spiritus aromaticus, stimulans.

P. Flor. Lavand.

Tanacet.

Aurant.

Rorifmar. ana unc. j.

Rad. Angelic. Helenii, Imperat.

Levistic. ana unc. js.

Fol. Calaminth. Cochlear.

Matricar. ana m. j.

Sem. Cari,
Celeri,
Erucæ,
Nasturt. ana unc. j.

Cort. Junip. Saffafras,

Cinnam. ana unc. j B.

Cum Sp. vini destill. ad dimidium, ut habeantur libr. iij. bis cohobando ex vefica.

Capiat drach. ij. ex Vino, vel Hydromelle, ter de die.

Aqua aromatica.

Si loco Sp. V. Aqua sumatur in præcedenti, habetur Aqua aromatica.

Dos. unc. jß ter de die.

Sal Volatile oleofum.

Sp. præcedent. th ij. Ciner. clavell. unc. iij. Sal. Ammon. unc. jß.

Destil. ex retort. ad fbj. in hoc dissolve.

Ol. stillat. Cort. Citri gut. vj. Lavand. gut. xx.

Majoran. gut. vj.

Dos. gut. lx. ter, quater, de die, ex Hydiomellis vel Vini unc. j.

Pilulæ Stomachicæ stimulantes.

R. Gumm. Ammoniac.

Opopanac. ana drach. j. Bulbi Ari recentis drach. ij. Sapon. venet. drach. j.

Ol. stillat. Tanaceti gutt. x.

M. F. Pilulæ Singl. gr. iij. deaurandæ. Capiat 1. omni triborio de die.

Pulvis, calefaciens, stimulans.

Majoran.

Tanaceti ana gutt. vj.

Sacchari albi siccissimi unc. j.

F. S. A. Elæòsaccharum, cui admisce Rad. Zingib. alb.

Cort. Magellanic. ana drach. iv. Capiat drach. B. ter die ex Vino.

Vinum Medicatum.

Fiat ut Spiritus hâc sectione descriptus, vel ut Tinctura, decoquendo cum Vino, loco sp. Vini.
Dos. unc. ij. ter, quater, de die.

Cerevisia Medicata.

Eâdem ingredientia Spiritus eâdem copia infundantur in 4 tonnæ Cerevisiæ adhud ferventis.

Pro potu assiduo adhibeatur.

Biliofa.

Fel Animalium quadrupedum & fel Pifcium, Lupi imprimis & Anguillæ. v. gr.

Pilulæ biliosæ, stimulantes.

Lupi piscis ana drach. iv.

Leni

Leni igne lenté exhalent in mellis spissitudinem, tum admisce.

Farina bulb. Ari recentiss. q. f.

F. Pil. fing. gr. iij. deaurandæ.

Capiat j. mane, meridie, vesperi, una

ante cibum borâ.

Huc Lapis Hystricis, Pedra del porco di-Elus, referendus; cujus infusio in Aq. stillatit. Card. bened. vel & in vino Rhenano, facta, propinatur ad unc. ij. vel iij.

Item Helmontianum, ex bepate & felle Anguilla leni igne tostis in pulverem, dein datis ad drach. j. ex Oblati involucro cum

Vini Rhenani unc. iij.

Saponacea.

Vid. S. 54. N. 4. inter Resolventia.

SECT. 75. N. 6.

Balneum ad Glutinosa.

Sabina,
Sabina,
Abfinthii,
Tanacet.
Chamamel. ana m. jij.

Cum



SECT. 76.

Herbæ alcalescentes, Edules, condimentis servientes, venenatæ.

Absinthium.

Alliaria.

Allium.

Alysfum.

Armoracia.

Arum.

Atriplex olida.

Asparagus.

Barbarea.

Brafficæ.

Bryonia alba.

nigra.

Bunium.

Camelina.

Capfica.

Cardiaca.

Cardamine.

Cataputia.

Centaurium minus.

Chamædrys.

48 IN MORBIS EX ALCAL. SPONTAN.

Chelidonium majus. Cheledonium minus. Cochlearia. Cepæ. Dentillaria. Digitalis. Erucæ. Eryfimum. Efula. Eupatorium Cannabinum. Gratiola. Iberis. Laureola. Lepidium. Napus. Nasturtium Aquaticum. hortense.

Nerium.
Perficaria acris.
Porrum.
Raphani.
Ruta.
Sabina.
Satureia.
Sedum acre min.
Sinapi.
Squilla.
Thlaspi.
Victorialis.

SECT. 78.

Ruminantia vel non Ruminantia.

Asina, Bos, Capra, Equa, Ovis &c.

dant lac acefcens,

Animalia, quibus victus ex vegetantibus, gramineis, fructibus horæis, vel cerealibus, carnes dant & humores haud ita proclivis in putredinem alcalescentem: unde & cibi indè petiti homini calido tutius concedendi. Sunt autem,

Agnus.

Anas Cicur, vel domesticus, cerealibus pastus.

Anser cicur, vel domesticus.

Aper.

Aries.

Bos.

Capra.

Capella.

Caprillus.

Capo.

Cervus.

Columba.

Coturnix.

Cuniculus.

Gallinæ domesticæ.

Hædus.

D

Le-

50 IN MORBIS EX ALCALINO SPONT.

Lepus.
Perdix domi faginata.
Phafianus dometticus.

Porcus.

Sturnus.

Turdus.

Turtur.

Vervex.

Vitulus.

Huic classi adscribere Cochleas & Lima-

SECT. 79.

Omnes fere Pisces, tam marini, quami fluviatiles, sive, molles, sive crustacei, sive ossa habentes; vix ullo excepto.

Alauda.

Anas fluviatilis.

Anser marinus.

Cygnus.

Gallinago major.

- minor.

Merula.

Pardalus.

Paffer.

Phasianus sylvestris.

Vanellus.

Avium verò multæ ambiguæ animalculis pascuntur, vel vegetantibus. IN MORBIS EX ALCALINO SPONT. 51

SECT. 88. N. 1.

Vid. 35. N. 1.

SECT. 88. N. 2.

Vid. 75. N. 5.

Stimulantia Acida Salina:

SECT. 88. N. 5.

Decoctum leniens acescens.

Be. Avenæ cum cortic. unc. ij.

Ag. pura thiij.

Decoct. ad residuum lb ij, transcolato admisce.

Succi Citr. recentis unc. j.
Aq. stillat. Cinnamom. drach. ij.
Syrup. Mororum. unc. j.
Utatur pro cibo & potu.

Aut.

Avenæ excorticat. unc. ij.

Aquæ puræ th iij.

D 2

De.

52 IN MORBIS EX ALCALINO SPONT.

Decoctum ad residuum ib ij, depuratum stet in tepore per horas xij, vel donec les nissimé acescat, tùm adde

Syrup. Violar. unc. jß.
Vini Rhenani th ß.
Aq. stillatit. Cortic. Citeri unc. jß.
In usus eosdem.

Emulsio similis, Anti-Alcalica.

Re. Avenæ excorticat. unc. iij.
Fiat cum aq. q. f. Emulsio, cujus His. add
misce

Nitri puri drach. B.
Syrup. Violar. unc. j.
Aceti squillit. drach. ij.
Utatur pro potu familiari.

SECT. 88. N. 6.

Misturæ Saponaceæ, abstergentes acidæ, suboleosæ.

Re. Oxymell. squillit. unc. iij.
Aceti squillit. drach. ij.
Myrrhæ in aceto in tincturam drach.
Aq. stillat. Cichorei unc. vj.
Nl.

Capiat unc. B. omni borâ.

Vel.

Re. Aceti in spissitudinem Mellis per coctionem redacti unc. s. Mellis puri unc. j. Syrup. Cichorei unc. js. Aq. stillat. Fumar. unc. vj. M. Usus ut prioris.

Vel.

Re. Rob. Ribesior.

Sambuci ana unc. ij.

Oxymell. simplic. unc. j.

Sp. sal. commun. gutt. xx.

Aq. decost. bord. ib iv.

M

Utatur pro potu assiduo ad libitum.

CONTRA MORBOS ORIUNDOS AB EXCESSU MOTUS CIRCULATORII SOLO.

SECT. 105.

Dolorem tollentia.

Vid. §. 202. 228. 229. posteà, ubi omninò de hac re agitur.

CONTRA MORBOS EX DEFECTU CIRCULATIONIS, ET EX PLETHORA.

SECT. 106. L. 3.

Cibi acres.

Vid. §. 67.

Condimenta Acria Aromatica, §. 75. N. 1.

Acida, §. 75. N. 5. classe prima, sub titulo Acida salina.

CONTRA OBSTRUCTIONES.

SECT. 135. N. 3.

Sapones in Obstructione attenuantes.

Sapones Nativi ex oleo & alcali, sunt succi recentes, maturi, pressi, ex herbis omnibus acrimonia alcalina validis. §. 76. vel admodum aromaticis. §. 75. N. 6.

Sapones arte Compositi ex alcali & oleo.

Sapo niger. Venetus. Arach. j. drach. j. drach. j.

Starkeyanus, five Helmontianus.

gran, iv. scrup. j.

Sapones Fuliginosi volatiles.

Sp. oleosi, alcalini, ex Aromatibus alca-

lescentibus. §. 76. gutt. xv.

Fuligine. gutt. xv.
Omni humore, vel

folida parte animalium gutt. xviij. Fuligo ipfa.

SECT. 135. N. 4.

	dulcis ad gr. x.	
_	sublimat. corrosivus ad gr.	a dilutus.
	præcipiat. ruber ad gr. ij.	
-	albus ad gr. iv.	
	D 4	Merc.

Merc. Turbith adgr. ij.

Niger adgr. xvj.

Attrabentia.

Sunt, quæ laxant locum, quo ad ducendum, arctant unde deducendum. Vid. §.3.5. 28. N. 4.

Derivantia.

Quæ liquores pellunt in locum datum; talia sunt evacuantia in loco, frictio arrisiciosa in vicinis.

Propellentia.

Sunt stimulantia. §. 75. N.5.

IN VULNERIBUS.

SECT. 198.

Agrimonia.
Alchimilla.
Aristolochia.
Baccæ Juniperi.
Betonica.
Buxus.
Beta.
Centaurium min.

Consolida regia. media.

Saracen.

Cyclamen. Diapenfia.

Dracunculus.

Hypericum.

Limonium.

Lil. Convallium.

Ophiogloffum.

Pastinaca.

Periclimenon.

Persicaria.

Polytrichon Apulei.

Sanicula alba.

fylvestris.

Sophia.

Symphytum.

Valeriana.

Veronica.

Vinca pervinca.

Decocta Vulneraria & potus.

I. Attenuans.

Re. Fol. Daphnoid.

Veronica,

Ruta ana m. js.

Rad. Caryophillat. unc. j.
Flor. Centaur. min. pug. ij.
Decoct. ex aqua lb iij. admisce
Sal. Card. benedict. drach. j.
Syrup. 5. Rad. aper. unc. iij.
Bibat unc. iv. quater de die calidas.

2. Inspissans.

R. Teleph.

Confolid. maj.

min.

Malvæ,

Parietariæ ana m. j.

Decoct. ex aq. th iij. admisce.

Syrup. Altheæ unc. ij.

Usus ut prioris.

Huc etiam referri possunt.

Rheum.

Rhaponticum.

Hypericum.

3. Mitigans

R. Sem. contusor. Papav. alb. unc. iij.

Flor. Verbasci unc. ij.

Fol. Bugulæ m. ij.

Rad. Scorzoner. unc. ij.

Glycirrhizæ unc. j,

Cum aq. decoct. Hij.

Exhibe in usum eundem.

4. Excitans.

R. Rad. Imperator.

Vincetox. ana unc. j.

Fol. Rutæ, Scordii ana m j.

Sem. contusor. Bardan. drach. x.

Sem. contusor. Cardamom. drach. iv.

Flor. Lavendul.

Centaur. min. ana unc. ij.

Cum aq. decoct. ib iij. Exhibe ut prius.

5. Singulari virtute emendans.

I. Glutinosi. vid. Attenuans.

2: Acidi.

Re. Sem. Sinapi unc. B.

Rad. Armorac. Fol. Eyrifimi,

Fol. Nasturt. ana unc. ij.

Vase clauso leviter decoct. thij. exhibe.

Sumat. unc. ij. quater de die.

3. Alcali.

Be. Rad. Oxylapath. unc. ij.

Fol. Trifol. acetos. m. ij.

Rad. Acetofell. unc. j. Flor. Borrag. drach. xij.

Cum aq. decoct. leviter ib ij.

Exhibe in eundem usum.

60 IN VULNERIBUS.

4. Oleofi.

Re. Tamarind. unc. ij.

Crystall. Tartari drach. vj.

Rad. Gramin. unc. v.

Cum aq. decoct. Ib ij. admisce.

Rob. Sambuci unc. ij.

Usus idem.

5. Aperiens vid. Attenuans.

6. Laxans vid. §. 54. N.4. Decoct. humectans.

7. Adstringens vid. S. 28. N. 4. Titul. Decoct.

SECT. 201.

Emollientia Alvi.

a. Jura carnis bubulæ recent. pinguia.

B. Olera lenia Juri incocta. S. 35. N. I.

y. Emollientia & humectantia epota & injecta §. 35. N. 3. §. 54. N. 4.

δ. Olea imprimis pressa, recentia, Amygdal. dulcium, Olivarum.

Laxantia alvi ferè eadem emollientibus.

ΕΚΚΟΠΣΟΥΙΚΑ.

«. Fructus maturi, horæi, acido dulces, pulpofi, fucculenti.

Alkekengi. Baccæ Ebuli. Sambuci.

Caricæ.

Cerata hortensia quæcumque.

Chamærubi.

Fraga.

Jujubæ.

Mala Armeniaca, Perfica, vulgaria. Pruna hortenfia alba, cærulea,

Damaicena, Gallica, Prigno-

lenfia, rubra.

Ribefia alba, nigra, rubra.

Rubi vulgares nigri.

___ Idai albi, rubri.

Sebesten.

Tamarindi.

Uvæ vitis omnes species.

Gruinæ.
Crifpæ.

s. Horum succi recentes & musta.

Y. Cassiæ unc. ij.

Mannæ unc. ij.

Tamarindi unc. ij.

Pulpæ Tamarindor. unc. ij.

Succi Rosar. pallidar. unc. j.

Aloes rosati gr. vj.

Passulæ unc. iv.

Galban. scrup. s.

Radic. polypodii Quercini unc. iß.

Rha-

Rhabarbari fcrup. iß.
Rhabarbari in infuso drach. j.
Syrup. Altheæ Fernelii unc. iij.
— Cichorei cum Rheo unc. iß.
— Fumariæ unc. ij.
— Ros. folutiv. unc. iß.
— Violar. simpl. unc. ij.
Mellis simplicis in aqua dilut. unc. ij.
Pilulæ Rusi ad gran. iv.
Electuarium succi Rosar.
— Diaphænic.
— Benedict. laxativ.

SECT. 202.

Anodyna sunt.

Quæ causas doloris tollunt, minuunt.

1. Diluentia. §. 54. N. 4. 2. Laxantia. §. 35. N. 1.

3. Humectantia. §. 35. N. 4. 4. Acre emendantia. §. 66. 88.

5. Tumores distendentes resolventia. §. 54. N. 4.

Narcotica funt.

Quæ acumen sensus obtundunt; & sunt

I. Paregorica mitissima, ut Sem. Papaver. alb. contusor. unc. ij. Syrup. capit. Papav. alb. unc. is. —— Diacod. unc. is.

Florum Rhœados. unc. iij.

Hinc varia commodè parari, adhiberi tutò, queunt. V. G.

Haustus Paregoricus mitisimus.

Re. Aq. stillatit. flor. Rhaad. unc. iij.
Fabar. unc. j.
Aq. stillat. flor. Paonia,
Sambuci ana unc is.
Tilia unc. j.
Syrup. flor. Rhaados unc. is.
M.

Idem paulò magis bypnoticus.

k. In præcedenti mistura loco Syrupi Rhæados, tantumdem Syrup. Diacodii, vel
Syrup. Capit. Papav. albi.

Emulsio Anodyna mitissima.

Re. Amygdal. dulc.
Strebilor. Pini,
Sem. papav. alb. ana unc. j.
Cum Aq. stillat. flor. Rhæad. q. s
F. S. A. Emulsio cujus unc. x. admisce
Syrup. flor. Rhæad. unc. j.

Eadem paulò plus soporata.

Re. Loco Syrupi flor. Rhæad. eandem dofin Syrup. Diacodii vel capit. Papav. albii, in præcedenti Emulfione.

2. Fortiora Narcotica.

Pilulæ narcoticæ.

Re. Opii purissimi gr. ij.
F. Pil. iij.

Detur una pro dosi, repetendo post horam, se prior nihil effecit, sic & tertio.

Pulvis similis.

Sacchar. perlat. ana drach. s.

M. F. Pulv. dividatur in dos. iij.
Usus idem, qui in Pilulis modo descriptus

Conditum simile.

Be. Opii in pulverem redacti præcedentis dosin unam,

Mivæ Cydoniorum drach. j. M. F. Bolus.

His usurparigeminarique potest eodem modo.

Haustus in Guttulis.

Spir. vini rectificat. unc. j. F. Tinctura.

Dos. gutt. xxx. ex
Aq. stillatit. Melissæ unc. ij.
Syrup. flor. Rhæados unc. s.

Vel.

Sp. Aceti unc. j.

F. Tinctura.

Dof. gutt. xxx. ex
Aq. stillatit. flor. Rhæad. unc. ij.
Syrup. flor. Rhæad. unc. b.
M

Mistura Narcotica calida.

Be. Tinct. Opii cum Sp. Vini rectif. gutt. LXX.
Syrup. Papav. albi drach. vj.
Aq. stilat. cortic. Citri,
Aurantior.
Cinnamon. ana unc. ij.

M.

Sumat cochlear. 1. omni = hora, donec sopiattur dolor.

Mistura similis frigida.

Re. Tinct. Opii cum Sp. aceti pp. gutt. LXXX.

Syrup Moror. drach. vj.

Aq. stillatit. Borraginis,

Papav. erratic. ana unc. iij.

M.

In eosdem usus.

Emulsio Narcotica fortior.

Re. Sem. Papav. alb. contus. unc. ij.
Cum aq. decoct. Hord. F. Emulsio, cujus
unc. x. admisce.
Syrup. Diacod. unc. is.

Tinet.

Tinct. Opii cum Sp. Vini rectif. gutt. xx. Aq. stillat. Cinnamom. drach. ij. cortic. Citri drach. x.

Capiat unc. i s. omni - bora, donec incipias leniri dolor.

Epithema Narcoticum.

Rosarum. ana unc. iij.

Aq. stillat. flor. Sambuci,

Rosarum. ana unc. iij.

Aceti Sambucini,

Rosacei ana unc. s.

Cum pannis applicetur temporibus utrimque.

Juvat hic maximè parti dolenti demulcentia ita apponere, ut tollatur causa, quæ his ægris sommum arcet, qui est dolor in ipsa hac parte. Eo imprimis valent sequentia tepidè applicata, atque in eodem tepore benè conservata tamdiù, donec dolor levatus erit.

Cataplasma Narcoticum, emolliens.

B. Folior, recent. Papav. bortenf. m. j.

Hyofcyami nigri m. ß.

Altheæ m. iv

E 2 Cum

Cum lacte recenti decoct. sub finem admisce.

Farin. sem. Lini unc. j.
Olei recent. press. sem. Lini unc. ij.
F. S. A. Cataplalma.

Fomentum simile.

Re. Succum expressim ex decocto priori Cataplasmatis dilutius parato, thij.

Admifce S. A.

Opii puri drach. B.

F. Fomentum.

-- Terebinthina.

tmu

Re. Aceti Rosacei, diù digesti cum radice Hyoseyami.

SECT. 204.

Balsami blandi Vulnerarii ad vulnera pura.

Colla in Vino foluta illico confolidat.

I. Balfami Nativi Copaybæ.

de Gilead.

Liquidambar.

de Mecha.

Opobalfamum.

Palmæ.

de Peru.

Tolu.

Resina abiegna, & Laricea. Butyrum. Medulla. Mel

2. Balsami artificiales simplices vulnerarii, blandi.

Olea Rectificat. Ceræ.

Terebinth. crassum.

Lini.

Hyperici.

Rosarum.

Solani.

Trifol. odorat.

Butyrum recens, aut cum floribus, & pauco fale.

3. Balsami artificiales compositi similes.

Re. Flor. Sulph. drach. iv.

Ol. Lini vel Olivarum unc. iv.

Leni igne coq. ad dissolutionem Sulphuris integram.

R. Gumm. Elemi purissimi minutissimè con-

Leni igne Lentè dissolut. admisce.

Terebinth. venet. pura nativa p. 1. Soluta per linteum trajice; tùm admisce

Medulla Bovin. cocta & Separata à

membranis p. ij.

Est Balsamus universalis instar Arcei.

Re. Ligni Santali rubr. to j. Aq. communis to iv.

Coq. spatio 2. horarum, cola, inspissa in extractum spissum, cui admisce.

Sang. Dracon. munitissimam in farinam

redacti drach. ij.

Hujus aliquantulum misce Balsamo præscripto, donec habeat gratum rubrum colorem. Erit. Bals. ruber

Be Ol. Olivarum this.

Lign. Santali rubr. un. f.

Coque leniter, donec Ol. saturate rubrum, tùm servidum cola per linteum, in eo sol-

ve ad ignem lenem

Cera Citrina to j. Terebinth. opt. to js.

Est instar Balfami Lucatelli.

Si ei admifces

Balfam. Peru unc. j.

